

Johann Georg Dorsche

Collegii Theologici In Alma Universitate Rostochiensi Decanus Doctores & Professores, Ad Solennem panegyricam Inauguralis disputationis Judaeorum Et Socinianorum Atheologiae oppositae ... Dn. Ezrae Edzardi Hamburgensis, Prid. Cal. Augusti in aedifício maiore Assistente Coelestis Veritatis Gratia instituendam, Academiae Antistitibus, Antecessoribus, Doctoribus, Professoribusque ... itemque Literis & litteratorum amantibus observanter, officiose, amice invitatis & excitatis S. P. P.

Rostochii: Kilius, 1656

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn772386501>

Druck Freier  Zugang




R. N. M. 1656

Vordr. Erdardi, Ezra

Donscheur, Johann Georg/a

mit Progr. + Thesen



COLLEGIUM THEOLOGICUM

In
Alma Universitate Rostochiensis

DECANUS
DOCTORES & PROFESSORES,

Ad

Solennem panegyricam
Inauguralis disputationis
JUDÆORUM ET SOCINIANORUM

Atheologiae oppositæ,

Clarissimi & Præcellentis Viri

DN. EZRÆ EDZARDI

Hamburgensis,

Prid. Cal. Augustini a croatico majore

ASSISTENTE

COELESTIS VERITATIS GRATIA

instituendam,

ACADEMIÆ

ANTISTITIBUS, ANTECESSORIBUS, DO-

CTORIBVS, PROFESSORIBVSQVE excellentissimis, CIVIBVS

& HOSPITIBVS clarissimis, florentissimis,


itemq;

Literis & literatorum amantibus observanter,
officiosè, amicè invitatis & excitatis

S. P. P.

ROSTOCHII, Typis Hæredum NICOLAI KILLII, Acad. Typogr.

Anno 1656.





עֲזָרָא הִכִּין לְבָבוֹ לְדַרְשׁ אֶת־תּוֹרַת יְהוָה וְלַעֲשׂוֹת וּלְלַמֵּד
בְּיִשְׂרָאֵל חֶסֶד וּמִשְׁפָּט:



Antes Pagninus ita red-

Sedit: Hezra paravit cor suum, ut quereret legem Domini, & ut faceret & doceret Israel præceptum & judicium. Arias Mont. ita correxit: Hezra paravit Cor suum, ad querendum legem Domini, & ad faciendum, & ad docendum in Israel statutum & judicium. Leo Judæ, Tigurini & qui hos expressit Franc. Vatablus ita: Esras paraverat cor suum,

ut inquireret legem Domini & ut eam faceret: utq; doceret in Israele ceremonias & judicium. Addit in not. marg. n. 8. Hebr. præceptum & judicium, præcepta judicialia. Seb. Munsterus ita: Ezra paravit cor suum ad inquirendum legem Domini & ad faciendum: ad docendum quoq; in Israel statutum & judicium. Sebast. Castalio sic habet. Applicuerat animum suum Esdras non solum ad Jovæ legis studium, atq; executionem, verum etiam Israelitas æquo & jure erudiendos. Franc. Junius & Imman. Tremellius sic reddunt: Hezra comparaverat animum suum ad querendum legem Jehovæ & ad præstandum eam: & ad docendum Israelem statuta & judicia. In not. marg. addit n. 5. id est, ad cognoscendum de observatione legis & legitima constitutione Ecclesiæ, quam ideo studiosus in libris duobus Chronicorum proposuit ad imitationem. Piscator corrigit Junium & pro Israelem ponit in Israele: Quod puto, inquit in schœlii h. l. in vertendo retinendum, ita, ut notetur locus, ubi docuit, non autem personæ, quas docuit. Sic enim pro præpositione poneretur articulus מֵן. Vulgatus Interpres (de quo Drusus lib. 2. quæst. Hebraic. cap. 81. p. 130. censet, quod haud paulo melior sit, quam

quam vulgo existimant. Et Cent. i. Miscell. cap. 41. ait: *negare nolo; multa vetus interpres pravè convertit: sed idem quedam melius convertit, quam recentiores,*) ita habet: *Esras paravit cor suum, ut investigaret legem Domini & faceret & doceret in Israel praeceptum & judicium.* LXX. in Ægypto interpp. *Εσδρας ἔδωκεν ἐν καρδίᾳ αὐτῆ ζῆτῆσαι τὸν νόμον καὶ ποιῆν καὶ διδάσκειν ἐν Ἰσραὴλ πρῶτά-ζωματα καὶ κείμενα.* Bryling. reddit: *Esdras dedit in corde suo querere legem domini & facere & docere in Israel mandata & judicia.* B. Lutherus ita. *Esra schickt sein Herz zu suchen das Gesetz des Herrn und zu thun und zu lehren in Israel Gebot und Rechte.* Belgic. Anno 1582. *Esra stierde wy n Herie to soeken de Wet des Heern / ende te doen / ende te leeren in Israel Geboden ende Rechten.* MScri- tum germ. vetus; *Esdras der bereit sein Herz / daß er dersuchte die Ge- des Herren und tet sie / und lert in Israel das Gebot und das Be- thel.* Joh. Dietenberg. Pontificius, simia Lutheri, translationem ejus planè retinuit. Piscator mutavit ita: *Esra hatte sein Herz ge- richtet zu suchen das Gesetz des Herren und zu thun und zu lehren in Israel / Sitten und Recht.* Anglicus ita: *Ezra had prepared his haert to soeke the Lavy of the Lord & to doe it, and to teach in Israel statutes & judgements.* Gallica Genevensis habet: *Esdras avoit duit son coeur à enquerir de la loy de l' Eternel & à la faire & à enseigner parmi Israel les statutes & los jugemens.* Italica Joh. Diodati: *Ezra haveffe disposto il suo cuore la legge del Signore, e per esegvirla, e per insegnare gli statuti e le leggi in Isracl.* Sicitur ita cap. 7. Esdr. v. 10. *Esdræ 1. persona. 2. pro- positum. Personam quod concernit, est ei nomen ab עזר, quod est ad- juvit, auxiliatus, opitulatus fuit, profuit, lucratus fuit, rectissime im- positum. Magno enim Israelitis auxilio & consilio adstitit & rempubl. atq; Ecclesiam egregiè juvit. Gerit hoc nomen ipse, qui anno 7. Ar- taxerxis Memoris è Perfide Hierosolymam cum pluribus Judæis aliis, annuente & adjuvante Rege, profectus est. Gerit autem idem nomen. etiam alius Levitici ordinis, qui unà cum Josua summo Pontifice & Zerubabele Principe Hierosolymam ex captivitate adscenderat. Neh. 12. I. Fr. Junius & Tremellius quidem pro uno eodemq; habent, & di- cunt, Nehemiam per synechdochen duas profectiones ex captivitate, longo tempore à se invicem distantes conjungere; priorem sub Zoro- babele duce & Josua Pontifice: posteriorem Esra duce Anno 7. Arra-*

xerxis Mnemonis. Unde v. 1. c. 12. apud Nehemiam ita distinguunt; Ipsi sunt sacerdotes, & Levitæ, qui ascenderant cum Zerubabele filio Schealtielis, & Josua: Seraja, Jirmeia, Ezra. Et ad marg. n. 2. notant. adscenderant duabus professionibus, altera cum duobus Zerubabele & Jeschuba, Esr. 2. & altera cum ipso Esra, Esr. 7. ita ut Esdras v. 1. c. 12. sit idem cum nostro, sed non cum Zerubabele & Josua profectus. Sed vis infertur textui. Et quiv. 1. nominatur Ezra, communiter recensetur. Noster a. semper cum emphasi & elogio. Conf. Neh. 12. 26. 33. 36. Esr. 7. 7. 6. 12. 21. Eundem a. Esram nostrum cum Malachia faciunt veteres Hebræi, ut refert Hieronymus *presat in XII. Proph.* Augustinus *de Civ. Dei lib. 20. cap. 26.* David Gans *in Zemach David p. 55.* meminit in c. 1. Megilat juxta Midrasch inveniri, Malachiam fuisse Esram. Adversantur a. huic sententiæ, quamvis Hieronymo *pres. in Malach. & ad cap. 2. 7. & 10.* Remigio, Ruperto, Sixto Senensi *Bibl. sanct. lib. 2. p. 76.* non improbatæ, ipsi Judæi recentiores. Sic Don Ishac Abravanel *in presatione sua ad Nachalat Avoth* apud R. David Gans c. 56. Malachiam ab Esra. distinguit, cum inquit: *Viri synagoge magnæ fuerunt Haggæus, Zacharias, Malachias, Zerubabel, Mardocheus, Bilschane telonarius, Ezra sacerdos & scriba, Jesus filius Jehosedech, Seriah, Rehaliah, Mispas filius ejus, Rechum Bahaneus, Nehemias filius Chacalie.* Distinguit etiam R. Moses Ben Maymon *pres. in lib. suum Jad.* Confer. Buxtorfii *Tiberiad. p. 98.* Christoph. Henr. Vorstius *in observat. ad Zemach D. p. 245.* Fuisse viros *synagoga magnæ totidem numero atq; illis nominibus insignitos, Rabbino- rum est commentum, vetus quidem, quia etiam in Thargumim sæpius eorum occurrit mentio, sed nulla ratione subnixum, tantum eo fine hoc concilium fabricarunt, ut inde auctoritatem conciliarent traditionum propagato- ribus. Cur n. XII. & non potius 70. juxta Sanhedrin numerum statuunt?* Sed Vorstii censura nulla ratione subnixa est. Nihil n. apparet, ex quo synagogam illam magnam negemus. Conf. Theol. Zach. part. 2. disp. 2. § 53, p. 81. Confusionem a. Malachiæ & Esræ, auctoritatibus & rationibus confutat Ben. Arias Mont. *Comm. ad Malach. p. 830.* Cornà Lapide *Comm. h. l. p. 338.* Christophorus à Castro *Comm. ad Malach. p. 549.* contra Franc. Riberam *Comm. ad Malach. p. 775.* & alios. Genealogia Ezræ describitur *Esd. 7. 1. & seqq.* Posthæc autem verba in Regno Artaxerxis Regis Persarum, *ESDRAS filius Seraja, filii Azaria, filii Helzia, filii Sellum, filii Sadok, filii Achitos, filii Amaria, filii Azaria, filii Marajoib,*

Marajoth, filij Zachariae, filij Bocci, filij Abisue, filij Phinees, filij Eleazar,
filij Aaron sacerdotis summi, ipse Esdras ascendit de Babylone. Eandem
reperimus etiam 1. Paral. 6. descriptam, sed interpositis sex gradibus
auctiorem. Nam ibi viginti tres gradus ponuntur. Esdr. 7. sep-
tendesim tantum habentur, utpote ubi Amarias, Ahitob, Sadoc,
Achimaas, Azarias, Johannan, omittuntur, cum ibi inter Merajoth
Azariae filium & Azariam Johannani filium inserantur. Conrad. Pe-
licanus ex eo natam lectionis varietatem suspicatur, quod aliquibus
duo sint nomina, aliquibus item sua nomina mutantur. Nescio ta-
men, inquit Joh. Wolfius Tigur. Comm. h. l. an quis recte suspicari
possit, ideo hos praetermissos esse, quod ipsi nunquam pontificatu functi es-
sent: aut quod minus celebribus omisus autor voluerit Lectoru fastidio sub-
venire. Huc certe nolim confugere, ut praetendam culpam librariorum.
in Paralip. Esdras itidem est praetermissus, qui tamen h. l. pro eo ac res ipsa
postulabat, nominatur. Ejus enim ipsius causa ita recitatur suis gradi-
bis descriptum genus sacerdotum atq; Pontificum. Cumq; octo primi gra-
dus & ultimi novem iidem sint in utraq; genealogia, nec ullum nisi ex
interpositis sex gradibus discrimen existat, satis evidens est demonstratio
generis Esdrae ad id, quod ex Aarone genus deducat, colligendum. Quia
ESDRAS dicitur filius Serajae, Beroaldus lib. 3. chron. c. 7. & Hugo
Brouchthon in praefat. ad Concentum s. scripturae, qui durationem re-
gni Perfici ad 125. aut 130. annos tantum coercent, ita ratiocinantur:
Esra fuit filius Serajae. Esr. 7. 1. Seraia anno excidii templi Salomonis
interficitur. 2. Reg. 25, 18. 21. Jer. 52. 24. 27. Esra ad tempora fere A-
lexandri M. vixit. Johannan enim Pontifex, cum quo Esra ad huc
vixit, Esr. 10. 6. fuit Pater Jadduae Pontificis, Neh. 12. 11. & 22.
quem Alexandri M. temporibus vixisse, testatur Joseph. l. 11. ἀρχαι.
8. 8. & consentiunt omnes. Si jam ex chronologorum sententia
regnum Perfarum ad 200. & ultra annos extendatur, sequetur Es-
dram 240. annos circiter vixisse. Sed exquisitè respondet D Behm
ὁ μαργαρίτης lib. 2. Chronolog. tit. 3. capit. 12. p. 188. Esram esse Sera-
jae filium dictum, non tamen ab ipso immediate cum genitum esse,
exinde sequi. Nam 1. Afaria nominatur filius Merajoth. Esr. 7. 3. &
tamen inter Afariam & Merajoth sex Pontifices intercesserunt. 1.
Chron. 6. 7. II. Seraja genuit Jehozadak. 1. Chr. 7. 15. quem non-
nulli sine ratione cum Esra confundunt. Jehozadak genuit Jehosu-

am, primum eumq; summum Pontificem post captivitatem. Est. s. 2. Neh. 12. 26. Hic autem Jehosua longè ante tempora Esræ vixit. Hic enim demum temporibus Artaxerxis Memoris inclauit. Satis hinc liquet, Esram à Saraja non generatum. III. Credibile non est, Esram tempore exterminij templi Salomonici in captivitatem Babyloniam abductum. Abductus autem cum reliquis fuisset, si immediata generatione Serajæ filius fuisset, quia Saraja in urbis vastatione occiditur. 2. Reg. 25. 18. 21. Era igitur ad summum nepos, vel abnepos Serajæ dici poterit. Voluit autem Esras se statim Serajæ subnectere, qui ratione Pontificatus clarus fuit, & ante eversionem Hierosolymis floruit: eum parens aut avus ipsius in captivitatis tenebris latitaverit. Ut gente & familia clarus, ita etiam doctrina, & virtutibus inclutus fuit in regno Persico, quod vel ex historia clarum est. Ita I. Spiritus Sanctus de eo judicat, (Esd. 7. 6. Esras autem erat סופר מהיר in lege Moyses, quam dedit Dominus Deus Israel. Scribam appellat, inquit, D. Buxtorf. in Tiberiade p. 99. non tam à scribendo, quem ab enarrandis & explicandis iis, quæ in scripturis s. comprehenduntur. Nam סופר liber, סופר librarius, librorum peritus, interpres & doctor, scriba. A nullo autem libro majus nomen lausq; major erat, quam à libro legis Dei, unde סופר vocabatur legisperitus, qui librum legis Dei docebat & interpretabatur. Sic in N. T. interdum appellantur γραμματεῖς scribæ, qui docebant populum; unde & de Jesu Christo dicitur: Docebat eos, ut habens auctoritatem, & non ut οἱ γραμματεῖς scribæ. Matth. 7. 29. interdum νομιοὶ legis periti, Luc. 7. 30. c. 11, 46. Fuit tamen etiam סופר scriba proprie sic dictus, qui Epistolas, diplomata, libros, contractus & similia conscribebat, aut aliis scribis præerat. Unde סתה הסופר atramentarium scribæ, Ezech. 9. 2. sic Christi lingua עט סופר מהיר stylus scribæ velocis. Ps. 45. 2. Esras proculdubio utraq; laude excelluit, & quod libri legis Dei peritus esset enarrator & interpres, & quod ejusdem esset scriba promptissimus. 2. Ita in diplomate regio audit. Est. 7. 11. Hoc est exemplar diplomatis, quod dedit Rex Artachasta Esræ sacerdoti & scribæ, scribæ verborum præceptorum Domini & statutorum ejus ad Israellem. Et rursus vers. 12. Artachasta Rex Regum, Esræ sacerdoti, & scribæ legis Dei cælorum absoluto. 3. Ita in Thal-

Thalmude utroq; Hierosolymitano *lib. Megilla c. 1.* & Babylonico *1. Sanhedrin c. 2.* ubi cum Mose comparatur: *Dignus erat, inquit Thalma, Esra, quod data fuisset Lex per manus ejus Israeli, si non præcessisset eum Moses.* De Mose dictum est, Ex Moses ascendit ad DEUM Ex. 19. 3. de Esra dicitur; Et Esra ascendit ex Babylonia. Esr. 7. 6. Quid significat ascensus hic? Legem. etiam ascensus illic legem denotat. De Mose dictum est: Mihi autem præcepit Dominus tempore isto ad docendum vos statuta & judicia. Deut. 4. 14. de Esra dicitur, etiam Esra disposuerat animum suum ad interpretandum Legem Domini & ad præstandum eam, & ad docendum in Israele statutum & iudicium. Esr. 7. 10. *Quamvis autem non est data lex per manus ejus, mutata tamen est per manus ejus scriptura, sicut dicitur: & scriptura exemplaris scripta erat Syriacè.* Propositum Esræ amplissimum exprimitur, cum dicitur, *quod præparaverit cor suum &c.* Proponitur autem *1. propositi fundamentum. 2. propositi intentum.* *Fundamentum propositi est ipsum COR.* Id stylo s. scripturæ complectitur ipsum principium humanarum actionum, intimas animæ rationalis potentias, intellectum & voluntatem, quas, postquam per peccatum originale quoad spiritualia emortuæ essent, Esras regenerationis beneficio illuminatas & sanctificatas habuit. Non n. Esras ex connato aliquo lumine suarum operationum originem cœpit, neq; illud eis pro fundamento substravit, ut ineptè scribit Weigelius im *göldenen griff cap. 1.* cum ait *Es gehet alles von innen herauß / aus dem Unsichtigen in das Sichtige; aus allen Geschöpfen ist Adam gezogen / und alle Geschöpfe liegen auff ihm.* Aus dem Firmament oder Gestirn ist sein Geist / und daher hat Adam alle seine Kunst / Handwerck / Sprache und alle Thierische Weisheit in ihm. Dann was im Firmament ist / das ist auch im Menschen. Uber das hat der Mensch die ewige Seel / durch das einblasen von Gott / sampt dem heiligen Geist / derowegen liegt auch die ewige himlische Weisheit in ihm. Darauß geschlossen wird / daß alle Erkänntuß Göttlicher Dinge nicht aus den Büchern gnommen werde / sondern aus dem Menschen selbst herflüssen in den Buchstaben. Derhalben wer offte betrachtee die ewige Gottheit / und die Werke / auch sich selber lernete kennen / der erlangte vollkommene Weisheit / und sein Studieren kommt ihn nicht saure an / was ein anderer in 30. Jahren nicht lernen kan / das kan ein solcher in 3. Jahren lernen ohn allen Irrthumb. D wüßten die hohen Schulen und
Wolge.

Wohlgelehrten diesen Brief und kurzen Grund / sie würden
 nicht mit Mühe und Arbeit ihre Weisheit aus den Büchern
 zu lesen verhoffen / und sich selbst neben anderen in solche
 schwere Finsterniß Irthumb und von **ODE** anführen
Similia extant part. 2 Postill. p. 184. & seq. Vide illa protracta in Impietate
Vveigeli. D. Theod. Thumm. p. 15. & seqq. Scilicet non paratum erat
 ab ipsa nativitate, sive per derivationem spiritus alicujus syderalis ab
 ipso æthere & dispensationem in corpus ejus, sive per animæ insuffla-
 tionem à Deo, cum qua indivisibiliter connexus sit Sanctus spiritus,
 qui hac ratione in omnium hominum intemis semper residens recessi-
 bus, sed parandum **COR ESRÆ**. **יִצְחָק** inquit divinus Codex à
יִצְחָק quod est *stabilivit, firmavit, certum & pene immobile fecit*. Non
 est arbitrii humani illa cordis obfirmatio, illud sublime & firmissimum
 perpetuumq; cordis **ESRÆI** propositum. Id innuit v. 9. antecedens
 ubi dicitur, *Estras venit in Jerusalem secundum manum Dei sui bonam su-*
per eum. ἡγαγέ οὐτως est ab ipso Deo, qui dat velle & perficere *Phil. 2. 13.*
ἑσθαιώσεως Dei opus est, *1. Cor. 1. 8. 2. Cor. 1. 21.* Et hæc quidem stu-
 dia **Esræ** in media captivitate Babelica gubernavit, ut ad bonum in-
 signe rerum Israeliticarum miserè collapsarum contenderent. Sed &
 lumine singulari restrinxit **S. Spiritus Esræ** desideria, ut ad præsens
 miranda quadam ratione incalescerent. Dum his divinis motibus non
 tantum non renititur **VIR DEI**, sed etiam cooperatur, *paravit cor suum*,
Quo d si attenderetur passim in cœtibus eorum, qui **STUDIOSORUM**
 nomine gaudere volunt, *paratiora* ad gloriam Dei & egregium publi-
 cum corda haberemus. Intentum paratissimi **CORDIS**, **DEO** dante
 in **Esræ** excitati, fuit *Lex Domini, statutum & judicium*. His deditus,
 devotus, imo obstrictus & q. mancipatus erat animus **Esræ**, his cor
 ipsius incaluit. Solent ista tria notare legem moralem, ceremonia-
 lem & forensam. *Conf. Deut. 6. 1. 29. Las. 26. 14. 46. Deut. 4. 1. 2. 13. 14.*
 & *D. Gerhards Tom. III. de L. Mor. §. 8. & seqq.* Non est autem dubi-
 tandum, quin h. l. intelligantur τὰ λόγια Θεοῦ universa ad **Esræ** usq; ætatem
 populo Israelitico concredita. Illa n. uti per se sunt, ita etiam ab **ESRA**
 censentur thesaurus ille cœlitus datus, qui solus dignus est, cujus
 studio consecrentur, cujus dulcedine recreentur, cujus floribus co-
 ronentur, cujus splendore ornentur, corda hominum. *Quis dicere*
 aude-

suadebit, cordis Esræ intentum fuisse tantum ad Pentateuchum dire-
 ctum, & complexum non fuisse tum fata Ecclesiæ, sive in historicis
 eventibus commemorandis annotata, sive in prophetiis, sanctissimi
 ore prædicta: tum cantica dictaq; surarum virorum, quibus ea
 prodita sunt, quæ omnibus populis gentem suam æstimabilem fe-
 cerunt? Sed quibus actibus intentum CORDIS ESRÆ constituit? Quorsum
 contendit in respectu ardentissimo depositi cœlestis Esræ? לְרַשׁוּתָּא
 לְרַשׁוּתָּא ad quærendum, ad faciendum, ad docendum. Primum circa
 legem divinam Esræ est פִּשְׁרָא פִּשְׁרָא est quasivit, inquisivit, investi-
 gavit, scrutatus est, interrogavit cognoscendi aut discendi causa &c.
 LXX. in Ægypto reddunt nunc per ζητεῖν, ut hoc loco & alias sapif-
 sime: nunc per ἐπιζητεῖν 4. Reg. 1. 2. 3. 6 c. 3. 11. c. 8. 8. 2. Par. 28. 6. c.
 26. 5. c. 34. 21. Es. 62. 12. nunc per ζήτημα πθέναι, Ezech. 36. 37. nunc
 per πυνθάνεσθαι, Gen. 25. 22. nunc per ἐπιρωτᾶν, Deut. 18. 11. Jer.
 21. 2. c. 30. 12. Ezech. 14. 7. 10. c. 20. 1. 3. nunc per διεσθαι Job 5. 8. nunc
 per ἐπιζητεῖν, Deut. 13. 14. 1. Par. 28. 29. nunc per ἀναζητεῖν. Jud. 6.
 39. nunc per ἐξετάζειν. Deut. 19. 18. nunc per ἐπισκέπτειν, 1. Par.
 26. 31. 2. Par. 24. 7. Ezech. 20. 40. nunc per ἐπισκοπεῖν, Deut. 11. 12.
 nunc per κείναιν. 2. Par. 24. 22. nunc per ἐκδικεῖν, si cum π con-
 struatur, Deut. 18. 19. nunc per πρῶτολογεῖν, Deut. 23. 6. nunc per
 ἐμβάλλειν. Psal. 108. 9. nunc per χρησιμολογεῖν. Jer. 38. 4. nunc
 per μηρῶν. Prov. 31. 13. nunc per ἐλπίζειν Es. 11. 10. nunc per ἀντίχειν.
 Jer. 8. 2. Quæri legem multis modis dici potest: vel ut existat, cum
 deperdita putatur: vel ut cognoscatur ab illo, qui eam possidet, in-
 stitutis sollicitis meditationibus & investigationibus accuratis: vel ut
 in alios propagetur & diffundatur; quærit enim legem Domini, qui
 ejus amplitudinem, diffusionem, gloriam passim quærit, & inprimis
 exquirat, ut ibi sit floreatq; ubi inprimis esse & florere debet. Prime
 modo quæsisse legem, judicia & statuta Domini ESRAM, opinio
 vetus est. Existimatur enim, tempore direptionis urbis & incensi
 templi Hierosolymitani omnia sacrorum librorum exemplaria com-
 busta fuisse; atq; post solutam captivitatem miraculosè ab Esra re-
 stituta. Ita Pseudo-Esras, sive quartus Esræ c. 14. quem cum tertio,
 non obstante à Tridentina Synodo facta Canonis determinatione

B

Gilber-

Gilbertus Genebrardus Theolog. Parisiens. lib. 2. Chronol. p. m. 192.
 canonicum vocat. Sixtus Senensis Bibl. sanct. lib. 2. voc. Esdras, p.
 76. Esdras, inquit, ultimus Prophetarum putatur. hic cum esset de capti-
 vitate Babylonis reversus, afflante Spiritu Dei declaravit de his, quæ in sa-
 cro sanctis scripturis in excidio Hierosolymitano incensis continebantur,
 libros quatuor & ducentos: quos ab ore ejus quinq; velocissimi scribæ per
 continuos 40. dies excipientes in tabellis buxeis descripserunt. Ex his Esra
 126. passim evulgavit; reliquos vero secretiore sapientia & sublimiori sci-
 entia elaboratos solis sapientibus ac doctoribus legis pariter majori cura
 & solertiori studio occultè legendos reservavit. Sequitur opinionem
 Joh Wowerius in syntagm. de LXX. transl. c. 9 p. 75. In antiqua Ec-
 clesia multis clarissimis Patribus, Irenæo, Clementi Alexandrino,
 Tertulliano, Basilio &c. tribui, sed incerta fide, monuimus Parte II.
 Theolog. Zachar. disp. 2. quæst. 2. S. 53. p. 82. & seqq. Apud Arabas
 Christianos sententiam istam auctoritatem habuisse, Elmacini histo-
 rici Christiani testimonio liquet, quod Hottingerus thesaur. philol.
 lib. 1. c. 2. p. 112. ita reddit: Inquit Manbeghæus. Fuit Esra iste sacerdos
 Magnus, numero 40. ab Aarone, scriptiq; filius Israel legem & monimen-
 ta Prophetarum, ex scrinio pectoris sui à reditu ipsorum ex captivitate,
 quoniam libri ipsorum combusti & consumti erant, tempore devastationis
 Hierosolymitanæ. Arabibus non Christianis fabulam etiam placuisse,
 ex Ahmed ben Edris h. c. idem Hottingerus his verbis probat: Judæi
 occiderunt Prophetas post Mosen p. m. unde legem Deus illis abstulit,
 eamq; ex cordibus eorum relevit. Tum prodiit Esras juvenis, qui hinc inde in
 terris oberravit. Ad quem veniens Gabriel dixit, quo vadis? Scientiam
 quesitum, inquit ille, & tradidit illi legem, quam lingua sua ita exactè ex-
 poneret, ut ne quidem vocula deesset. Hinc dixerunt, quomodo DEUS
 congescit legem in pectore ejus, cum sit famulus? Utiq; est filius DEL. In-
 ter Pontificios, ubi regnum est fabularum, opinionem sequuntur
 Nic. Lyra Es. 7. Antoninus Archiep. Florentin. 1. part. histor. tit. 4. f. 17.
 Alfons. de Toftato Abulens. Episc. 2. Paral. c. 8. Petrus Galatin. Arcan.
 Cathol. verit. p. 11. Jacob. Bonfrer. ad Genes. præloq. p. 21. Card. Baro-
 nius refutat fabulam Tom. 2. Annal. Anno Chr. 180 num. 12. Certè, in-
 quit, extitisse tunc legis libros, ea scribarum rogatio monstrat, quæ 2. Esr.
 8. ait: Dixerunt Esræ scribæ, ut afferrer librum legis Mosi, quem
 præceperat Dominus Israeli, Attulit ergo Esras sacerdos legem coram
 multi-

multitudine virorum ac mulierum, cunctiq;, qui poterant intelligere, in
 die prima mensis septimi, & legit in eo aperte &c. Sic ergo ex scripto li-
 bro legisse Esras dicitur, non numen dictasse legem: nec aliter habet,
 qui Judaicas antiquitates accuratius est persecutus, Josephus, cujus hæc sunt
 verba l. XI. c. 5. Rogaverunt Esram, ut eis legem Moysi legeret: quod
 & fecit stans in medio multitudinis à mane usq; ad meridiem. Ex
 qua lectione non solum in præsens & futurum discabant, quid esset
 iustum, sed etiam præteritorum memoriam retractantes lacryma-
 bantur. hæc Josephus: quibus planè non memoriter ab eo recitatam,
 sed ex scripto fuisse lectam legem apparet. Deniq;, nullus penitus an-
 tiquorum Hebræorum reperitur qui libros divinos penitus periisse & per Es-
 ram divinitus restitutos, tradiderit. In Apocrypho tantum ab Ecclesia pe-
 nitus improbato atq;, rejecto quarto libro Esræ leguntur fusi scripta, quæ
 de lege recens ab Esdra absq;, aliquo exemplari divinitus dictata feruntur.
 Porro librum illum manifestos errores, qui repugnent Catholice veritati,
 continere, certum est. Ita Baronius & alios suos & Genebrardum
 perstringens. Baronio subscribit August. Tornicellus in *Annal. V. T.*
ad A. M. 3447. etat, sext. ann. l. n. 4. p. 172. & Jacob. Salian. *Annal. V.*
T. T. 4. p. 347. R. Bellarmin. *de V. D. l. 1. c. 2.* Ferdinand. de Escal. *Cly-*
peo Concionat. l. 5. c. 23. Id autem inquisitionis Esræanæ opus pal-
 marium fuerit, quia Moysi & Prophetarum autographa, una cum ar-
 ca templiq; ornamentis reliquis, in sanctuario deposita perierunt; quia
 apographa, in communem usum descripta, aut temporum injuria,
 aut amanuensium incuria vitiiis pluribus fuere contaminata; quia de-
 niq; inter ipsos Judæos irrepperunt pseudepigrapha, quæ non sine dis-
 pendio veritatis simplicium manibus terebantur, quod Esdras cum viris
 synagogæ magnæ Crisin sacram adhibuerit, Codices sacros ab erro-
 ribus irreptitiis purgaverit, scripta heterogenea à genuinis, Canonica
 ab Apocryphis secreverit, Canonicorum librorum disposuerit ordi-
 nem, & præsertim Codicem sanctuarii emendatissimum ordinatiss-
 simumq; fecerit. Qua de re vide Ioh. Buxtorfium senior. in *Ti-*
berjade seu Comment. Masoreth. cap. 11. tot. An ex quæstione & labore
 Esræ concinnatum aliquod exemplar legis Domini nostro tempore
 superfit, variè commemoratur. Sixtus Senensis *Bibl. f. l. c. Esdra*
Pentateuchus, inquit, *unica & oblonga membrana, ipsius, ut Hebræi*
credunt, Esdræ manu conscriptus, absq;, ullis vocalibus punctis, servatur
B 2
sum-

summa veneratione in cenobio nostro Prædicatorum Bononiæ. Finus Hadrianus Ferrar. Flagell. Judæor l. 9. cap. 2. Ipsamet, inquit, Biblia ab Esra restaurata custodiri in civitate Bononiæ, in Ecclesia S. Dominici, certum est: sunt tamen multis in locis ab Hebræis vitata, quoniam per communitatem Bononiæ loco pignoris data sunt Hebræis mutantibus pecuniam ipsi communitati. Conf. Angelum Roecham in Biblioth. Vatic. p. 394. Francisc. Tissardus Ambaceus in Gramm. Hebr. Anno 1508. Puncta, inquit, vix calamo subscribuntur unquam: in impressione raro; At vero in Biblia semper, sue quidem legis reverentia, aut ut ab eis videretur perfectior haberi, aut ne aliquid forte vitii aut macula eorum negligentia eveniat. Id quod in impressionibus passim videmus observatum, & in Esdra præsertim calamo ejusdem Prophetæ, pulcherrimo quidem & optimo charectere conscripta. Ea enim Bononiæ in sacrario ædis divini Dominici, tam honorificè ferme ac pretiosum ejusdem Dominici caput, reconditur. Quod quidem opus sæpenumero vidi. Nam mihi nonnunquam committebatur, neq; tamen cum parva solennitate. Quod quo sæpius videbam, eo magis admirabar. Enimvero viri sanctitatem, religionem, excellentiam contemplantur, ejus prophetias ceu vatis venerabar, Scripturam tam elegantem, tam insignem ac immaculatam laudabam, nulla nec labe, nec tinea vitiatam. Quid mundius dicam? quid incorruptius? Quid deniq; perfectius? Incudem profecto novissimè dicerese exire, quum ex tot annis ab eo veluti futura intuente, eaq; singula depingente, adjectis punctis fuerit descripta. Sed quod fidem hominum atq; memoriam superabat, ea Esdras non vitulinis in pellibus, sed corio (cujusmodi cothurnos hac tempestate rosaceos cerdones faciunt) in voluminis modum obtorto involutoq;, ceu depicta infra cernitur, servaturq;, sacuti thesaurus divarum requiarum sacratissimus, religiosissimè, atq; observant ad refellendos Hebræorum errores, si quando aut impressione sua, aut scriptura labefactare, corrumpereve contenderint. Quandoquidem si nisi fuerint vitare, errores ab eorundem autore per facile venient reprimendi. Ita Tissardus. Discrepant in narrationibus suis. Sixtus Pantateuchi, Hadrianus & Tissardus Bibliorum facit mentionem. Hadrianus corruptum, Tissardus incorruptum assevernt. &c. Certè inter traditiunculas, quibus plurimis oneratur Ecclesia, numeranda videtur de Codice Bononiensi persuasio. Neq; enim antiqui Judæi ejus meminerunt: neq; loca publica, in quibus aliquis ejusmodi Codex asservatus fuit, ab Esdra

dra

dra concinnatus, ita fuerunt tuta, ut ex illis tale quid sperari potuerit: quin potius aliquoties diruta, devastata & solo adæquata fuerunt: neq; Patres Syri, Ægyptii, Palæstini, admiratione illius ducti, vel ipsi eum oculis suis usurpasse leguntur, vel ab aliis usurpatum commendasse. Et fabulis, anachronismis, laciniisq; impertinentibus apud hodiernos Judæos historia est involuta. Ita R. Asaria in Meor En. p. 52. verba representat. l. c. D. Hottingerus. Ego Moses filius Maimon emulando emulatus sum pro domo Israelis, cum viderem libros legis in Ægypto, quod Parascha eorum, Petucha (aperta) & Sethuma (clausa) & Sidra (ordines) eorum non secundum legem scriptæ essent. Proinde quasi tempus sollicitè operandi Deo, abstinui etiam à studiis meis, ut scriberem librum legis Domini nostri, Pentateuchum nempe, unà in certis foliis colligatum, ut inde corrigi & transcribi possent libri ceteri. Liber autem, ex quo meum transcripsi, celebris cum primis est in Ægypto, continens omnes viginti quatuor libros, fuitq; Hierosolymis à temporibus Tanæorum & Amuræorum, cumq; Hierosolyma capta esset per Carolum, (en fabulam Gallicis quibusdam & Italicis canticis de Carolo M. falso decantatam) inde desumptus est iste liber, captivusq; delatus in Ægyptum; atq; hic ipse est, cui nos innitimur. Posteaquam v. librum meum, manu Dei mihi benigne favente, obtinui, ipse me meus impulit animus ad proficiscendam ex Ægypto in regnum Burgundie, quod in Gallia est, ad urbem Chalons, sitam ad fluvium Saone. Quasi n. diligenter, investigavi, omniq; studio petii, ubi inveniretur liber Legis Dei nostri exaratus manu sanctæ Estræ, sacerdotis Magni scribaq; expediti. Attuli autem mecum correctionem Scribarum, Petuchas, Sethumas, Sidras, quas transcripsi ex bibliis sacris, Hierosolymis deportatis, inveniçq; in membrana omnes Petuchas, Sethumas, Sidras, respondere libro, quem attuli mecum, valdeq; gavisus sum. Constitui etiam quotannis diem illum ducere hilarem convivioq; solennem: fuitq; annus 28. mensis Ziv. Videmus, quam hic summa imis misceantur & omnia incerta sint. Sit ergo in Dominicanorum Bononiensium monasterio Codex Hebraicus antiquus. Estræ manu eum exaratum esse, fabula est. Facile est Monachis, antiquissima nomina imponere rebus recentibus. Anno Chr. 1634. ex archivo Reip. Argentoratensis tria ejusmodi exemplaria Pentateuchi Mosaici, tersissimè rectissimèq; scripta, eruta, & jubente Amplissimo Senatu, Bibliothecario meo D. Dorschæo, Syndico tunc accurante, Dn. Joh. Ulrico Frieden, Viro amplissimo & publici egregii amantissimo,

in Bibliothecam Academicam illata fuerunt, cum trecentis prius fere
annis extrematis inde Judæis erepta & archivo Reip. illata fuissent.
Si tum Monachus adstitisset, Efdram aut alium aliquem ex synagega
magna exemplarium istorum autorem conjicere, imò asseverare
ausus fuisset. Citat Azariæ locum & transfert etiam Joh. Morinus
Congreg. orat. presbyt. lib. 1 exercitat. biblic. 1. cap. 2. p. 27. at quid de
Hadriani censura habendum sit, adnotat. P. 29. autem ita ait. *Quod
ab Asaria dicitur de libro illo Hierosolyma in Ægyptum translato, teste ipso
Mose falsum est. Testatur n. Moses in tractatu libri legis c. 8. librum illum fuisse
R. Aser, omnibusq; Hierosolymis expositum, ut ex eo libri corrigerentur atq;
ex Ægypto Hierosolymam ivisse, ut ex eo proprium Codicem corrigeret. Quid
ultra? nulla istius Cabillonensis Codicis mentione facta ibidem distinguit &
discernit Moses omnes legis Petuchas & Setumas, juxta celebrem illum Hiero-
solymitanum Codicem. Deniq; Codicis istius, qui omnium apud Judæos
pretiosissimus fuisset, præter istam adnotatiunculam Judæorum, nullus me-
minit, licet in Gallia finitimisq; provinciis tum temporis Judæi complures flo-
ruerint. Abraham Zacuth in libro Juchasim antiquum quendam Mærtû
Bibliorum Codicem Hille'li consimiliter attribuit, qui ante mille du-
centos & aliquot annos vixit, cum esset cujusdam Hillelis recentis Hi-
spani, juxta cujus exemplar Judæi Hispani libros sacros abhinc quin-
gentis annis emendare solebant. An Esra & virorum synagoga magne sit
ספרן ארון correctio scribarum, ut asserit Ferdin. de Escall. c. p. 650.
vide D. Glassium nostrum Philolog. sac. lib. 1. tract. 1. part. 2. sect. 1. art. 1. n.
4. p. m. 39. & circa finem in addendis 1. p. 493. Nec attinet illud hic ex-
quirere. Illud fortassis disquirendum, An Esras, dum quasi vixit legem
Dei, etiam Cabalam olim Mosi iraditam in monte Sina quesiverit & arcana
atq; apud solos sapientes asservandis libris consignaverit? In affirmantem
operose disputat Johannes Picus Mirandulæ & Concordiæ comes
in Apolog. Cap. 5. de Magia naturali & Cabala p. 175. & seqq. Est, inquit
sciendum, opinionem esse non solum R. Eleazar, R. Mosi de Ægypto, R. Si-
meon Benlagis, R. Ismael & R. Jodan, & R. Nachman & aliorum quam-
plurimum ex sapientibus Hebræorum, sed nostrorum etiam Dd. præter legem,
quam Deus dedit Mosi in monte & quam ille 8 libris contentam scriptam
reliquit, revelatam quoq; fuisse eidem Mosi ab ipso Deo veram legis exposi-
tionem cum manifestatione omnium mysteriorum & secretorum, qui sub cor-
ticæ & rudi facie verborum legis continerentur, deniq; duplicem accepisse le-
gem*

gem Moysen in monte, literalem & spiritualem, illam scripsisse & ex præcepto Dei populo communicasse, de hac v. mandatum ei à Deo, ne ipsam scriberet, sed sapientibus solum, qui erant LXX. communicaret, quos idem Moyses ex præcepto Dei elegerat ad custodiendam legem, usq; itidem præceperet, ne eam scriberent, sed successoribus suis viva voce revelarent, tum & illi aliis, & sic ordine perpetuo. Ex quo modo tradendi istam scientiam, per successivam sc. receptionem, unius ab altero, dicta est ipsa scientia, scientia Cabala. Et post. Ad imitationem numeri LXX. seniorum fuerunt redata mysteria Cabala in LXX. libros principales tempore Esra. usq; n. ad tempus Esra de ista doctrina nihil erat scriptum, sed solum per successivam receptionem tradebatur, unde Cabalisticæ nomen accepit. Postquam a. à captivitate Babylonica restituti fuerunt per Cyrum, & sub Zorobabelo insauratum fuit templum, tunc Esdras, qui fuit præfectus synagoga, postquam reparavit legem scriptam Moysi, & correxit testamentum vetus, voluit etiam, ut ista secreta Dei eloquia, quæ usq; ad tempus illud scripta non fuerant, scriberentur. & hoc quia propter captivitatem gentis non poterant servare illorum ordinem tradendi sibi illam doctrinam per manus, & merito erat dubitandum, ne propter dispersionem illorum, si non inveniantur scripta, tandem perirent. Statuit ergo Esras, ut scriberentur, adhibitis ad hoc specialiter Notariis, & redigerentur omnia illa secreta in LXX. volumina principalia, quæ tamen deinde non nisi sapientibus communicarentur. Et post addit. Hos ego libros summa impensa mihi conquestos (neq; n. eos Hebræi Latinis nostris communicare volunt) cum diligenter perlegerim inveniens ibi multa, imo pene omnia consona fidei nostræ, visum est mihi habere posse Christianos, unde Judæos suis rebus confodiant &c. Refert hæc eadem ex Pico Sixtus Senensis loc. cit. Non est a. ullo modo credibile, ea, quæ sive Pico profert, sive Capnio in libr. de Cabala, sive aliis sparguntur, à Deo monte Sinai Moysi tradita & ab Esra consignata fuisse. Imo quæ Pico pro lege orali sive spiritali habuit, sunt Thalmudica scripta, ut hoc late deducit Joh. Buxtorf. in Bibl. Rabbinica, cap. de Recensione operis Thalmudici p 193. & seqq. ut adeo sane illustrisf. Comiti Pico pro aquila pica fuerit vendita. secundum circa legē divinam Esrae inventum est וַיַּעַשׂ factum, operatio, effectum. וַיַּעַשׂ significat fecit, effecit, persolvit, absolvit, ad certum usum aptavit, disposuit. Ad hunc actum paratum erat cor ESR.Æ. scilicet ad faciendum lex Domini quærebat & exponebatur. Quid enim prodest eruere & suo nitori restituere

fituere, nisi in actum & observantiam deducantur, quæ in ea revela-
 ta sunt? Continet א.השׁוּב sua generalitate omne id, quod in homine
 esse Deus vult effectum & prælitum, undecunq; præstetur. Unde
 etiam fides seu fiducialis apprehensio promissionum divinarum in lege
 Dei revelatarum hoc verbo exprimitur, adeoq; non ad opera legalia
 tantum restringitur, ut aliàs observatum est. Creditit fecitq; Efras,
 ut suum cor paraverat; credere & facere docuit alios. Id jam tertium
 circa legem divinam intentum, sc. דרמלן doctrina, disciplina, informa-
 tio aliorum. דרל est, didicit, adsuevit: in pyhel דרל discere fecit, do-
 cuit. Unde LXX. nunc μαθητέω reddunt, Deut. 4.10. c. 5. 1. 17. 1. 8. 16 nunc
 διδάσκω, Deut. 4. 1. c. 20. 18. c. 31. 19. Jud. 3. 2. Job. 21. 22. Messia lingua est
 דרמלן רשׁוּב lingua doctorum. LXX. παιδείας. Hinc nomen Talmud,
 operis superius nominati, apud Judæos corpus doctrinæ constituen-
 tis, continentis Misnam (quæ est ipsa δευτέρωσις, lex oralis, lex itera-
 ra seu secunda, quam Deus cum lege scripta in monte Mosi tradidit,
 seu explicationem Pentateuchi. Instaurasse dicitur Rabbi Jehuda han-
 nasi, qui & Rabbi Haccados A. M. 3949. post excidium templi Anno
 120. adjutus gratia Imp. Antonini, convocatis ex toto orbe sapientia-
 bus,) & Gemaram, quæ est Misnæ complementum & expositio, edi-
 ta autoribus Rabbi Asche & Rabbina A. M. 4174. post excidium templi
 ann. 358. Quomodo docuerit Efras, imprimis explicatur Nehem. 8. 1. 2.
 3. 4. 5. 6. V. 6. ostenditur, quod & alios instituerit, qui legerunt, ut vul-
 gatus habet, in libro legis Dei distinctè & aperte ad intelligendum & intel-
 lectum dederunt, cum legeretur. LXX. interpp. plane locum illum
 confuderunt. Ita n. v. 8. καὶ ἀνέγνωσαν ἐν βιβλίῳ νόμου τῆ θεοῦ, καὶ
 ἐδίδασκεν ἑσθραῖος, καὶ διέσελλεν ἐν ἐπισήμῃ κυρίου, καὶ συνῆκεν ὁ
 λαὸς ἐν τῇ ἀναγνώσει. Ita editio Londinensis. Basileensis quæ-
 dam plenius habet, quædam a. confundit, quam Bryling. ita vertit:
 Et Jesus & Banaias & Sarabias erant instituentes. Acau Sabathaus, Cam-
 ptas, Azarias, Jozabadam, Antiphanes & Levitæ erudiebant populum
 in lege. Et populus in statione sua. Et legerunt in libro legis Dei. Et
 docuit Efras & distinxit in scientia Domini, & intellexit populus in lectione.
 Vide quæ de hoc loco disputant eximii hujus seculi Philologi, Ludov.
 Capellus Arcana revel. punct. lib. 2. cap. 5. & Joh. Buxtorfius F. de punct. an-
 tiquitate

riquitate & origine part. 1. c. 6. p. 50. Conf. August. Tornicellum A. V. T. ad A. M. 3610. n. 9. & Andr. Rivetum in Isagog. Script. cap. 18. n. 14.

Non poteramus vobis, *Lectores honoratissimi*, commodioribus verbis sistere Dn. CANDIDATUM nostrum, *Clarissimum & Praeclentem Virum*, Dn. *ESRAM EDZARDI, Hamburgensem*. Certè enim & hic noster Esras paravit jam olim COR suum, ad *quærendum legem Jehovæ, & ad præstandum eam, ad docendum Israellem statuta ac judicia*. Ad hanc CORDIS ejus præparationem, omnis ætas ejus collimavit. Initium ætatis contigit ipsi exoptatissimum & ad hanc Cordis paraturam promptissimum. Natus est enim Anno Christi obi dati 1629. Parentibus corde ad Dei gloriam paratissimo præditis, Dn. PARENTE quidem, *Viro plurimum reverendo, clarissimo, doctissimoq;*, Dn. M. JODOCO EDZARDI Glaneo, *Theologo Hamburgensi veterano, & Antistite Ecclesie Neapolitanae gravissimo*, cui & doctrinis salutaribus egregiam navavit operam, & in structura templi pulchrè surgentis consilio fuit prudentissimò, Domino & Amico, atq; in Christo fratre nostro honoratissimo: MATRE vero lectissima Matrona & si olim fuisset, etiã sexui suo splendorem illatura, *BARBARA GRAVELEJA*, honoratissimæ originis & cognationis æstimatissimæ decora in hunc filium suum derivante. Hi filio hoc divinitus dato mirificè hilarati, omnem suam sollicitudinem eo direxerunt, ut COR ipsius rectissimè pararetur. De Infantia & annis lusibus piè compositis peragendis, nihil attinet dicere. *Quanquam* & ibi discrimen paratura CORDIS accipat maximum. Noster ad annos discretionis progressus Dn. PARENTEM revera *Esdram* habuit, qui ad DEI honorem amoremq; & sanctissimæ legis ejus observantiam omnia circa ipsum disposuit. Et quia obvallante negotiorum multitudine ipse sua desideria exequi non potuit, in decimum tertium ætatis usq; annum eum privatorum informatorum commisit indultriæ. Anno Christi 1642. publicæ scholæ tradendum eum esse censuit, & M. DANIELIS ARNOLDI, *clarissimi Viri, Rectoris tum scholæ, patrociniæ* commisit. Habet n. publicarum scholarum frequentatio, nisi docentium obstat rusticitas & ruditas, singularem quandam benedictionis divinæ accessionem. Anno Christi 1644. translatus è schola ad *gymnasium* ESRA S noster, jam cordis sui desideria & ornamenta plenius sectari aggressus est. Gavissus fuit viris exquisitissimæ doctrinæ, Dn. D. JOACHIMO JUNGIO, *Viro Amplissimo & Excellentissimo*, Dn. JOHANNE ADOLPHO TASSIO, ut & Dn. HENR. VAGETIO, Viris eminenter celebribus. Ab his reportavit COR variarum scientiarum uberrate plenissimum. Unde consultum visum fuit, ad paraturam CORDIS uberiorem, eum ad *ACADEMIAS* ablegare. Missus fuit

C

CL. Dn.


CL. Dn. *ESRAS* noster *LIPSIAM* ANNO CHR. 1647. ubi *Magni Theologi & summi Amici nostri*, Dn. D. *JOHANNIS HULSEMANNI*, convictu & gubernatione utilissimè fruebatur. ANNO CHR. c15 15c XLIIIX. *Wittebergam* migravit, ad *grandævum Theologum*, Dn. D. *JACOBUM MARTINI*, cujus & convictu usus est, & in *Musæo B. D. Lutheri* magno suo bono licuit ipsi contubernali frui *Clarissimo & Experientissimo Viro* Dn. *JOHANNE ERINGIO*, *Phil. & Med. Doctore Professoreq. Publico*, viro consummatæ & doctrinæ & exercitationis medicæ. Inde An. Chr. c15 15c XLIX. digressus est *Cyaneam*, Orientalium linguarum cultu sub *Viris Clarissimis*, Dn. *ZECHENDORFIO* & Dn. *CHRISTIANO DAUMIO*, clarissimam. Ibi amore paraturæ cordis sui ad intentum pulcherrimum per semestre commoratus est. Porro in *superiorem GERMANIAM* progressurus, & *LIPSIÆ* sibi *Nobilis. & incomparabilis Viri* Dn. *CASPARI BARTHI*, &c. &c. singularissimam conciliavit benevolentiam, & *GOTHÆ Thuringorum* salutavit magno fructu *Excellentissimum Theologum*, Dn. D. *SALOMONEM GLASSIUM*, &c. &c. & *Hanovia*, *Francofurto*, *Moguntia*, *Heidelbergæ*, *Heilbronnaq;*, locis illustribus visis, *TUBINGÆ* imprimis sibi faventissimum fecit *Magnum hujus seculi Virum*, Dn. *THOMAM LANSIUM*, *ICtum Ducis Würtembergici Consiliarium intimum*, *Amicum nostrum præcipuum*. Hinc Anno Chr. c15 15c L. *BASILEAM* concessit, legis *Dominicæ* studio, *celebratissimum hujus seculi Philologum*, Dn. D. *JOHANNEM BUXTORFIUM*, *Professorem clarissimum* aditurus. Impetravit, quod petiit. Habuit *Virum* in *studia ista propensissimum*, *Manuductorem* in *Hebraicis*, *Chaldaicis*, *Rabbinicis* &c. accuratissimum. *BASILEA* ad *radices Helvetiorum* in *Rauracis* posita invitavit. CL. Dn. *Candidatum nostrum*, ut in *ulteriorem HELVETIAM* excurreret, *TIGURI* præcipuè doctissimos *Viros* Dn. *JOHAN. JACOB. HULDRICUM*, & Dn. *HENRIC. HOTTINGERUM Philologum clarissimum* allocutus. Inde *SVEVIA* & *RHÆTIA*, in qua *Brigantium*, *Lindavia*, *Vberlinga*, *Constantia*, *lacus Acronii civitates* & *munitiones aliz sitæ*, *peragrata*, & *Alsatia superiori*, ubi *Schaffhusiam*, *Rheinfeldiam*, *Brisacum*, *Friburgum* &c. transit, *perlustrata*, Anno Chr. 1651. *ARGENTORATUM* venit. Usus ibi fuit tum *meo D. DORSCHER*, h.t. *DECANI*, *convictu*, *ultrabiennium*, *hospes eruditionis & pietatis studio gratissimus*. Patuerunt illi omnia *meorum Musarum*

164
farum receptacula. Erasmusq; tum omnes in Collegio nostro ipsius doctrina indultriaq; pertinacissimæ faventissimi, ominati, Efram hunc Efram consummatum futurum, & Deo aliquando suo loco insignem præstiturum operam. Divulsi sumus ab invicem itineris, quod mihi summa injunxit manus, necessitate. Atq; adeo ego quidem ad Serenissimos Principes meos, Dominos nostros clementissimos, cum meis properavi; ipse, eodem Anno CHR. clō Ic CLIII. relicta Argentorato præcipuas Germaniæ superioris civitates, Ulmam, Augustam Vindelicorum, Monachium, Bavarorum, Norinbergam, Altorfium, Herbipolim &c. lustravit. Finito excursu in HASSIAM superiorem se contulit, ejusq; ocellum GIES. SAM deniq; adiit. Ibi Veteranum Theologum, Athleram JESU Christi fortissimum, *maximè reverendam, amplissimum & excellentissimum Virum, Dn. JUSTUM FEUERBORNIIUM*, amicum & in Christo fratrem nostrum honoratissimum, nunc *ἐν ἀγῶσι*, & hospitem nactus est & præceptorem venerabilem & exoptatissimum, Postea GENERO ejus, *perquam reverendo, amplissimo & excellentissimo Viro, Dn. PETRO Habertorn, Doct. Theol. præclarissimo*. colloquiis cum Adversariis æternæ veritatis prudenter habitis clarissimo & de Ecclesia universa bene meritissimo, Amico & in Christo fratre nostro honoratissimo, quo præceptore interim usus fuerat, eadem hospitii beneficia accepit. Et hæc quidem illis juncta æternam apud Cl Candidatum nostrum erga illum perpererunt observantiam. Quoties n. sibi in memoriam revocat præsidia à viris illis eminentissimis sibi præstita, responsa data, meditationes suggestas, consilia subministrata, cum nunc in sanctissimam D. Pauli ad Galatas epistolam pie inquirerent, nunc systema controversiarum cum PAPATV depugnandarum discuterent, nunc impurissimam Socini scholam expugnarent, nunc Calvinii fermentum everrerent, quorum laborum in publico præsto sunt monumenta, quibus & Cl. Dn. Candidati nostri nomen insignitum est, toties de profectibus & incrementis suis sibi gratulatur & tantorum benefactorum memoriam veneratur. Honoratissimi interim Cl. Dn. Candidati nostri Parentes magno tandem desiderio arserunt videndi reducem ESRAM suum, tanto ardore cor suum ad quarendum legem Domini parantem. Id quod mihi, Anno 1653. Hamburgum transeunti, ubi variis amoris indicis & apparatus, nunquam certe satis de merendis, meq; meosq; honorarunt, satis superq; significarunt. Itaq; ille superiori anno GIESSA relicta, lustrata Acad. Murgensi, Cassellis aditis, Wolferbyto & Brunsviga salutatis, cæterisq; ob-


viii

viis illustrioribus locis peragratis, post tot annorum peregrinationem ad
 suos rediit. Suos a. non parentes & sanguine junctos tantum reperit, sed
 etiam in Rep. & Ecclesia magnos meritisimosq; Viros, qui fama, ex labori-
 bus & luebrationibus Cl. Dn. Candidati nostri fragantissimis excitata,
 commoti HAMBVRGO optima quæq; ominabantur. Decet sanè Patriæ
 & Ecclesiæ Patres, insigniter lætari, si suæ civitatis iuventam ad publicum
 decus maturescere conspexerint. Inde nata sunt pia consilia de Cl. Dn.
 Candidati nostri studiis aliquo titulo ornandis. Is suavisibus bonum publi-
 cum respectantibus obsecutus, ROSTOCHIVM hoc anno transiit, me-
 D. DORSCHIVM h. r. Decanum, hospitem & amicum veterem salutaturus.
 Inde Pomeraniæ videndæ desiderio accensus, GRIPSWALDIAM adiit,
Reverendi maxime, amplissimi & excellentissimi Viri, Dn. ABRAHAMI
 BATTI, *Theologi Doctoris clarissimi*, Amici & in Christo fratris nostri ho-
 norandi præcipuè consuetudine gavissus. MENSE Aprili ad nos rever-
 sus, apud me professus est, quid Superiorum consiliis audere necesse ha-
 buerit. Noveram, id alibi ipsi jam oblatum esse. Itaq; ad collegium deferre
 honestissima desideria nullatenus dabitavi. Et profecto COLLEGIVM
 amplissimum, perspectis eorum momentis, annuit illis, jussitq; ut illi
 dies diceretur, quo examinis privati instituerentur pia colloquia. Dicitur est
 dies IX. Maij, in quo ipsum planè Efram deprehendimus, quæsitorem le-
 gis divinæ diligentissimum. Communibus ergo suffragiis decrevimus, ut
 publico pariter se sisteret examini. Id in conspectu totius Vniversitatis li-
 terariæ facturus est prid. Cal. Augusti. Faxit Dominus JESVS, ut corpore
 vegeto dona Dei publico comprobare, patriæ commendare, commiliti-
 onibus præclaro exhibere exemplo, & ad gloriam dantis refundere pos-
 sit. Adeste quotquot nobis adeste ESRÆ imitatores cupitis, &
 ESRA M nostrum omni benevolentia complectimur.
 Dab. Rostochii ANNO CHRISTI
 clā lō c LVI. XX. Jul.





suadebit, cordis Esræ intentum fuisse tantum
 etum, & complexum non fuisse tum fata Eccl
 eventibus commemorandis annotata, sive i
 mo ore prædicta: tum cantica dictaq; summa oru
 prodita sunt, quæ omnibus populis gentem
 erunt? Sed quibus actibus intentum CORDIS E
 contendit in respectu ardentissimo depositi cœlestis
 וְלִרְאוֹתָ ad quærendum, ad faciendum, ad docem
 legem divinam Esræ est וְרָאָה עֵשֶׂר est quæ
 gavit, scrutatus est, interrogavit cognoscendi
 LXX. in Ægypto reddunt nunc per ζητεῖν, ut
 fimè: nunc per ἐπιζητεῖν 4. Reg. 1. 2. 3. 6 c. 3. 11
 26. 5. c. 34. 21. Es. 62. 12. nunc per ζήτημα πθίνω
 per πυνθάνεσθαι, Gen. 25. 22. nunc per ἐπιρω
 21. 2. c. 30. 12. Ezech. 14. 7. 10. c. 28. 1. 3. nunc per
 per ἐπαίρειν, Deut. 13. 14. 1. Par. 28. 29. nunc p
 39. nunc per ἐξεπαίρειν. Deut. 19. 18. nunc pe
 26. 31. 2. Par. 24. 7. Ezech. 20. 40. nunc per ἐπα
 nunc per κείρειν. 2. Par. 24. 22. nunc per ἐκ
 struatur, Deut. 18. 19. nunc per προσαγορεύειν,
 ἐμβάλλειν. Psal. 108. 9. nunc per χρησμολοῦ
 per μηρῶν. Prov. 31. 13. nunc per ἐλπίζειν Es. 11.
 Jer. 8. 2. Quæri legem multis modis dici potes
 deperdita putatur: vel ut cognoscatur ab illo, c
 stitutis sollicitis meditationibus & investigatio
 in alios propagetur & diffundatur; quærit enim
 ejus amplitudinem, diffusionem, gloriam passim
 exquirat, ut ibi sit floreatq; ubi inprimis esse &
 modo quæsisisse legem, judicia & statuta Dom
 vetus est. Existimatur enim, tempore direptio
 templi Hierosolymitani omnia sacrorum libroru
 busta fuisse; atq; post solutam captivitatem m
 stituta. Ita Pseudo-Esras, sive quartus Esræ c.
 non obstante à Tridentina Synodo facta Canon
 B



tum dire-
 historicis
 sanctissi-
 bus ea-
 bilem fe-
 Quorsum
 וְרָאָה
 circa
 investi-
 usa &c.
 is sapif-
 28. 6. c.
 nunc
 11. Jer.
 8. nunc
 Jud. 6.
 1. Par.
 ut. 11. 12.
 con-
 nunc per
 4. nunc
 τέχειν.
 t, cum
 let, in-
 vel ut
 ni, qui
 primis
 Prime
 opinio
 n censu
 com-
 fra re-
 tertio,
 one
 Gilber-